Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



PAVLI epistolę ecclesiis tradnt. denario
numero comprehenduntur: quę hoc ordine
distinguuntur: Ad romanos una: ad co
rinthios duę: ad galathas una: ad ephesi
os una: ad phylipenses una: ad colosenses
una: ad thessalonicenses duę. Sunt g̃ ho
decem ciuitates. inexpugnabiles ecclesię mu
nitiones: sunt uiles earum. allegoricę uel
moralitates. litteris coherentes. SEQVITVR.
ALVL. et bethsur: et gedor: et marcth. et
bethanoth. et hebreen: ciuitates sex. et
uiles earum. Alul laxitas dicitur: p quā
epla IACOBI exprimitur: qua cordis si
nus laxatur: dum fidelibus loquitur:
Omne gaudium existimate fis mei: cum in
tentationes uarias incideritis. Bethsur: do
mus robusta interpratur: p quā epistola
PETRI apli prima designatur: quem
robustum esse ipse xpc in euangelio testatur.
Tues petrus. et sup hanc petram edificabo ec
clesiam meam: et portę inferi non ualebit
aduersus eam. Gedor: applicans. siue acce
dens dicitur: p quā secta ipsius PETRI
epla exprimitur: qui in utraq; epla. fideles
ad xpm accedere adhortatur. Ad quē
inquit accedentes lapides uiuos. ab homi
nibus quidē reprobatos. a deo autē electos
et honorificatos: et ipsi tanquā lapides uiui
superedificamini. Marcth. rebellans interpra
tur: p quā IOHANNES designatur:
qui quasi uox tonitrui in rota. cunctam
hereticę prauitatis nebulam fugat ab eccla.
mirabili scripturę suę excellentia. Bethanoth.
domus penitentium dicitur: quo nomine
rursum ipse IOHANNES exprimitur:
qui dum cytharis suis penitentibus centum
quadraginta quatuor milibus. ipse peni
tentiam pm.

in apocalypsi sua inter alia celestis reg
ni mysteria. mirabilia mirabiliter loqui
tur: Hebreen. pruli interpratur: p quā
epla IVDE exprimitur: qui fideles cohor
tatur: ne uia cain. et errore balaam. uel
contradictione chore. retrorsum aueri
tantur: Ciuitates sex describuntur: quę
canonicę septem eplę dicuntur: quia
pars p toto ponitur: Sunt g̃ sex ciui
tates. canonicę septem epistolę. inexpug
nabiles ecclesię munitiones: et uiles eas.
allegoricę uel moralitates. litteris ipsis
coherentes. SEQVITVR.
Cariatbaal. hoc est cariathyarim.
urbs siluarū. et arebba: ciuitates duę. et
uiles earum. Cariathbaal. ciuitatem
habuit. uel ciuitas habita interpratur:
p quā ecclesia gentiū designatur: quę
habet ciuitatem supnam iersln: et ipsa ē
ciuitas habita in dilectione dei. et in prec
tione celi. Hec est cariathyarim urbs silua
rum: quia sca ecclia. mater est fidelium
animarum: et congregationū diuersarū.
p orbem sine numero collectarum.
Arebba. occidens. uel uespera dicitur: p quā
synagoga exprimitur: quę nunc in occi
dente pfidię contenebratur: sed ad uespe
ram conuertetur: cū iniuita fide et dilec
tione xpi. ad unitatem ecclesię katho
licę regredietur: Hę g̃ duę ciuitates. gen
tium et iudeorę collectiones. et uiles earū.
utriusq; ppli reliquię. ad salutem pordi
nate: imminente mundi fine. unam
katholicam facient ecclesiā. in uera fide
et dilectionis societate. Ne quis autem
putet esse parupendendā synagogę
conuersionem futuram: audiat ex